¶ Symphorianus Champerius ſiue Campegius eques auratus Franciſco de bobio. Petro antonio ruſtico placentino. Mattheo d curte. Regulo campiſio. Baptiſte de belbello. Blaſio de tignoſis. Claudio de aſta [illegible]s. Fracisco de canib⁹. Paulo de tricio: aliiſqꝫ ticinēſis gymnaſii ſuis collegis. S. P. D.

Agnoſcite collegę amantiſſimi ſi neoterico[illegible]os hoc in volumine inſequar. Ita eñi tēporū iniuria factū eſt: et facilis hic debet venie loc⁹ qui ad hec pro temporū conditione Herculanū (etſi neotericus) itroduxim⁹. Nā ſi q̄ ad Sycambros itarent: minus docti illis viderētur niſi quid ſycābrū ſaperent. A gottica eñi illa dudū latinorū litteris illata plaga: bone littere oēs neſcio quid gotticū paſſe ſunt: haud ſecus ac Ouidius ſeipſum aliquid vicii inter barbaros getas cōtraxiſſe ita cōqueritur. Si quis in hac ipſum terra poſuiſſet Homerum: Eſſet crede mihi factus et ille getes. Ut ergo que ad peregrinas vulgareſqꝫ litteras ptineāt agnoſcatis: hec in primis eſſe cognoſcite. Queſtiōes Jacobi de forliuio. Sermonete. Calculatoris. Ugonis. Thome de garbo. Dini. Marſilii: et proinde hec a vera philoſophia medicinaqꝫ reiecta putentur: et momentū nullum habere niſi adeo exiguū: neqꝫ ſuas queſtiones ad veram medicinā: neqꝫ ad verā philoſophiā eſſe tradēdas: alioquin qui ſecus faciet: rem indignā faciet: ſed ſophiſmatis ſunt conſentanea: que cum in cute quid promittāt: nihil intus habent: quo id qđ promittūt exhibeant: aperte enim loquor: neqꝫ vos: neqꝫ aliū quenqꝫ fallere volens. Eos oēs hac appello nomēclatura qui in Jacobi et Ugonis queſtiunculis ſunt enutriti: quiqꝫ philoſophiā: medicinā qꝫ pulchritudine elocutiōis poſthabita tradiderunt nouo quodā ſcribēdi genere: nec Platonem: Ariſtotelē ve: nec hippocratem: aut galenum: necnō priſcorū aliquem imitati: ſed per queſtiūculas: et titillātes argutias: ſimiles fortaſſe eis de quibus Cicero mentionem facit: qui quaſi quibuſdā pūctis quod verſabat̄ in dubio colligebāt: in hoc certe diſſimiles ꝙ illi quanqꝫ orationis florē nō ſequebātur: minime tamē aſpernabant̄ lingue proprie idiomatis ve proprietatem. Quod ipſi fecerunt: vt eſt videre apud gentilem: Petrum aponēſem: Thadeum: Joānemqꝫ herculanū: reliquoſqꝫ in eo philoſophandi genere doctores illuſtres. Sed excuſandi omnino cum is quo tradebant ſua dogmata ſermo tunc eſſet in vſu: latinaqꝫ eloquētia iuiſſet peſſum. laudauere eam nec imitabātur detenti a ſeculi illius cōſuetudine homines: alioquin iudicio valētes ⁊ intellectu ſubtiliſſimo. Ceterū nec ſeneſcendum in Jacobi: et Ugonis cōmentariis medicis ipis eſt atqꝫ philoſophis. Medicos omnes recte eos appellauerim: q̄ ī libris hippocratis coi: et galeni pergameni incumbunt: vt hominis naturā cognoſcāt: aliiſqꝫ ſint adiumēto. Multos tamē (quemadmodum alias fecimus) non eo inficias dari poſſe ad priſtina ſtudia reditus: aut relaxādi animi gratia: aut rememorādi que obliti ſumus: aut cōponendi operis alicuius: aut alio quopiā genere iuuandi ſe et alios. hec ſunt nature amatores feruētiſſimi: que de cōmentariis Jacobi: Ugonis: aliorum ve ſophiſtarum antris pro ingenii noſtri capacitate perſtrinxim⁹. Ualete igit̄ et Symphorianum veſtrum ſymphoniace amate.

VD16